

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lüder Mencke

**Lüderi Menckenii, Jcti Et Fac. Jvr. Lips. Ordin. Compendiaria Theoria Et Praxis
Computationis Graduum**

Lipsiæ: Apvd Joh. Georg. Loewivm, MDCCXXXIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1748442740>

Druck Freier  Zugang





J.e- 4418


Ze - 4417.

Q128


ad tit. Inst. 26
de grad. cognat.

L. 10. II de grad et affin et
nom cor.

32 pers



Sedecim Majores





128


Exempla consanguineorum pree-




compriv.



Exempla affinium




1 gen.



2 gen.



3 gen.



int. ex millo est affin

LÜDERI MENCKENII, JCTI
ET FAC. JVR. LIPS. ORDIN.

COMPENDIARIA
THEORIA ET PRAXIS
COMPUTATIONIS
GRADUVM.

ANNOTATIONES QVASDAM ADIECIT
D. FRIDER. ALEXANDER
KÜNHOLD, P.P.



L I P S I A E.

APVD IOH. GEORG. LOEWIVM.
M DCC XXXIII.

J. a.






L. B. S. D.

D. FRIDER. ALEXAND.
KVNHOLD, P.P.

Quae olim publicis disputationibus ventilata, et in usum lectionum aliquoties edita est, Theoria et Praxis computationis graduum Menckeniana, apparet iterum, publico profutura, et mihi praecipue, cui

A 2 boc



*hoc anno, more maiorum, pu-
blice explicandam dedit Incly-
tus ICTORUM Lipsiensium Or-
do, doctrinam de consanguini-
tate et affinitate, eiusque gra-
dibus computandis. Inserui
animaduersiones quasdam, et
in fronte libri conspicuas ad-
ieci figuras, ad computatio-
nem graduum generalem par-
tim, partim specialem perti-
nentes, ut haberem, ad quod
Auditores, quorum diligentia
oculari inspectione non parum
iuuatur, in ipsis lectionibus re-
mitterem. Vale L. B. et his,
si lubet, fruere.*

B. C. D.



B. C. D.

Computationem Graduum traditurus ea methodo
incedere decreui, vt Capite Primo modum com-
putandi gradus, Capite Secundo computationis utilita-
tem complecterer. Faxit DEUS feliciter!

C A P V T I.

*De Computatione graduum
in genere.*

Cognoscitur graduum Computatio primo
per Terminorum expositionem, secundo
per Regularum, quae computandi mo-
dum offendunt, commemorationem &
applicationem. De vtroque membro
suo ordine dicam, & primo quidem ter-
minorum explicationi immorabor. Est
itaque COMPUTATIO GRADUUM inuestiga-
tio, quanto gradu a se inuicem personae in consanguini-
tate vel affinitate distent, quae fieri plerumque so-
let

A 3

let in Schemate arboris, quia sicut arboris rami e radice, ita coniunctae personae ex uno communi propagatore nascuntur. Huius arboris medio inseritur vulgo cellula vacua vel nomine Ego insignita, quae *Pes uicum hypotheticum, Protrum*, vt vocant, exprimit et lineam rectam superiorem ab inferiore discernit, eius tamen constitutae magnam in computatione generali, nullam in computatione speciali esse necessitatem fatentur Dd. v. *Carpz. de usi arbor. consang disp.* 1. *ib. 9. n. 20 seq. Ioh. Sithm. in Idea arb. cons. & aff. c. 1. n. 21. et praec. Georg. Schulz. de arb. cons. & aff. c. 2. n. 7. 8.*

Illa vero ARBOR describi potest, quod sit ocularis demonstratio graduum, (A) quibus personae inter se differunt, eaque, cum personas vinculo cognitionis coniunctas sistit, **CONSANGVINITATIS**, quando matrimonii vincllo mediante colligatas refert, **AFFINITATIS** appellatur. Unde praeterenundum non est, quid sit Consanguinitas, et Affinitas.

II. CONSANGVINITAS igitur est vinculum perso-

(A) Haec ab omnibus, quod sciam, secundum tit. J. de grad. cognitionum, duas solum personas in una cellula collecando, suscipitur. Naturalis autem ordinis, cui innititur L. 10. π. de grad. et affin. et nomin. eorū specimen dedi usque ad septimum gradum lineae ascendentis & descendens, in frontispicio huius Theor. & Prax. comput. graduum. Alii alii utuntur in computatione generali figuris, arboribus, scalis etc. etc. Conf. MENCKENIANVM Schema comp. grad. Tabulis Synopt. Institut. ad tit. X. J. de nupt. adiectum. j. den Baum der angebohrnen Schmerd-Magen und Spill-Magen. C. S. p. 125. CARPOZOVII arbores consanguin. & affin. in limine usus practici arbor. consanguin. & affin. colligatas. HOTOMANNI figuras graduum cognitionis et affinitatis, scalarum similitudinem repreäsentantes, quas inseruit libro d. grad. cognat. et incestis nuptiis.

personarum ab eodem stipite propinquio descendit, vel quarum una descendit ab alia, carnali propagatione contractum, v. l. i. C. ad SCt. Orfic. l. 3. C. de legit. haer. Didac. Covarruv. d. matr. part. 2. c. 6. §. 6. n. 1. vocatur alias cognatio. fac. l. 4. §. 1. ff. d. grad. l. 1. ff. vnd. cogn. Val. Forster. d. succ. L. 3. c. 6. n. 7. Haec vero carnalis propagatio vel a personae linea paternae masculini sexus capite non minuta sit, & dicitur AGNATIO, §. 1. I. d. leg. agn. tut. e. g. patruus meus agnatus est, vel per maternae lineae aut foeminni sexus personam contigit, & COGNATIONIS in specie sic dictae nomen fortitur. d. §. et l. 4. §. 2. ff. d. grad. e. g. auunculus, it. amitae filius cognatus meus est, unde diuersa agnatorum cognatorumque appellatio effluit, quae tam late patet, vt sub cognatis etiam vulgo quaeſiti liberi, sub agnatis vero etiam adoptiui comprehendantur, licet hi ſaltem ciuili, illi ſaltem naturali vinculo iuncti ſint. l. 4. §. 2. ff. de grad. Interim hanc agnatorum cognatorumque differentiam Saxones quoque agnatos, die Schwerdmagen, cognatos, die Spillmägeli, nominando amplectuntur.

III. AFFINITAS est proximitas personarum per nuptias (vel illicitum concubitum) inter coniugem (vel illicite coeuntem) et alterius coniugis (vel illicite coeuntis) cognatos contracta. 1) Nuptias exprimendo sponsalia excludo. l. 4. §. 3. ff. d. grad. j. §. 9. I. de nuptiis. vid. tamen de sponsalibus publicis Carpz. de vſu arb. conf. disp. 1. th. 22. et Conf. Covarr. d. matr. P. 2. c. 6. §. 7. n. 3. 2) Nuptias requiro, vel illicitum concubitum, (B) tam secundum ius ciuile, l. 4. C. de nupt. l. 14. §. 3. ff. eod. l. 4. §. 8. ff. d. grad. j. l. 4. §. 2. ff. eod. it. l. 54. ff. de nupt. quam Canonicum, c. 5. 6. f. X. de eo qui cogn. consangu. ux. Hillig. ad Donell. L. 13. c. 19. Covarruv. c. l. n. 2. Confer Coras.

A 4

Mi-

(B) An affinitas illegitima contractas nuptias ipso iure reddat nullas, disceptatur apud SCHILTERVM in exercit. ad n. 33. §. 44. & seqq.

Miscell. Iur. Civ. L. 1. c. 3. n. 2. quamvis per iustas nuptias κατ' ἀξονίν affinitatem constitui non dissimilem, eamque **LEGITIMAM**, contra, illico concubitu constitutam **ILLEGITIMAM** appellem cum *Georg. Schulz. Tr. d. arb. consang. et affin. c. 7. n. 8. 3)* Inter coniugem et alterius coniugis cognatos constitudo affinitatem indico, nec inter ipsos Coniuges, qui affinitatis sunt principiū, non affines, nec inter Consanguineos uxoris et inter Consanguineos mariti ullam affinitatem esse. Nulla igitur affinitas est inter fratrem meum et vxoris meae sororem, § 8. I. d. nupt. c. 5. X. d. cons. et aff. *Carpz. Iur. Consist. L. 2. d. 105.* HAEC AFFINITAS TRIPLEX GENVS secundum Canonistas agnoscit. PRIMUM est, quod per personam Consanguinitate iunctam, mediantibus nuptiis, vel illico coitu, contrahitur. SECUNDUM est, quod per personam primo genere affinitatis iunctam mediantibus nuptiis &c. contrahitur. TERTIUM, quod per personam secundo genere affinitatis iunctam intercedentibus nuptiis etc. constituitur. v. c. 8. X. de consang. et affin. Vnde Seius, qui sororem meam sibi matrimonio iunxit, milii est in primo genere affinitatis, si autem post sororis meae mortem ducat Margaretham, haec mihi in secundo affinitatis genere iuncta est, et cum post Seii mortem Antigono nubit, eundem mihi in tertio affinitatis genere constituit. vid. *Ithm. in Idea arb. cons. et affin. c. 4. n. 41. seqq.*

IV. Cum vero Arbor Consanguinitatis et Affinitatis diversas lineas contineat lineaeque gradus suos complectantur, quid linea sit, quid gradus, praetermittendum non est. Describitur autem LINEA, quod sit collectio personarum inter se coniunctarum, gradus continens, et numero discernens. Eaque est vel **RECTA**, vel **OBLIQUE**, quae etiam transuersa et collateralis appellatur. LINEA RECTA ascendentes et descendentes complectitur, & cum a persona generante ad generatam descendimus, **INFERIOR** siue descendens; cum a persona generata ad generantem ascendimus, **SUPERIOR** siue ascendens nominatur. I. 9. ff. de grand. LINEA COLLATERALIS est, quae perso-

nas

nas a latere iunctas continet, vt fratres et sorores, consobrinos. Haec in aequalem & inaequalem despescitur. **AEQUALIS** est, in qua personae pari gradu a communi stipite distant. vt fratrīs sororisque filii, **INAEQUALIS**, in qua personae impari gradu a communi stipite distant, vt frater & sororis filia; vbi **COMMUNIS STIPES** dicitur persona, quam ii, de quarum coniunctione quaeritur, proxime pro communi parente agnoscunt; sic avus nepotum ex filio vel filia, et Pater duorum filiorum est communis Stipes. **GRADUS** est distantia vnius personae ab altera per generationem constituta §. 7. f. d. grad. Vnde liquet, nullos esse in affinitate gradus, l. 4. §. 5. ff. eod. Cujac. in Parat. ff. d. grad. lū. b. alios scilicet, quam consanguinitatis: affinis enim eodem gradu iungitur in affinitate affini, quo in consanguinitate cognato suo affinitatem inducenti, atque ita **GRADVS IMPROPRIE** sic dictos comprehendes **IN AFFINITATE**. v. l. 10. ff. eod. Duar. t. sol. matr. c. 3. §. Haec tenus.

V. De primo huius capituli membro, terminis breuiter expositis, egimus, videamus etiam alterum de Regulis, computandi rationem ostendentibus, quae cum diuersae sint, ansam **DIVISIONI COMPUTATIONIS GRADUUM IN CIVILEM ET CANONICAM** dederunt, quibus nonnulli SAXONICAM (at quo iure infra dicemus) adiiciunt, quemadmodum vero Civilis et Canonicae Computationis generalem tractationem praesens caput sibi vendicat; ita subsequens capitulum in singulis materiis annotabit, utra computatio prae altera obseruantiam meruerit. **CIVILIS** itaque **COMPUTATIO IN CONSANGUINITATE** FIT SECUNDVM hanc vnicam **REGULAM**: **QVOT SVNT GENERATIONES INTER PERSONAS, DE QVARVM COGNATIONE QVAERITVR, TOT SVNT GRADVS.** §. 7. f. d. grad. eaque in linea recta et collaterali, siue aequali, siue inaequali obseruatur; ita tamen intelligenda est, vt, si cuiquam sex septemque filii vel filiae nepotes vel neptes nascantur, per personarum illam adiectiōnem gradus non augeatur, sed quaelibet persona

generata suae generationis intuitu primo gradu a patre distet, ab auo gradu secundo. Unde in linea collaterali a persona altera, de cuius cognatione quaeritur, ad communem stipitem ascendimus, atque inde ad alteram personam, de cuius cognatione agitur, descendimus, iis tantum generationibus attentis, per quas cognatio constituta est, e. g. in consobrinorum i. e. filiorum ex duabus sororibus. v. §. 4. I. d. grad. l. 10. §. 9. ff. eod. cognitionem inquisiturus ab altero filio ad matrem illius, a matre ad auum maternum tanquam communem stipitem ascendo, atque hinc ad materteram, i. e. matris sororem, a materteram ad eiusdem filium descendo, licet auus maternus non duas, sed quatuor filias generauerit, et materteram non unum, sed sex filios ediderit.

VI. Ciulem COMPUTATIONEM excipit CANONICA, quae IN LINEA RECTA cum ciuli in effectu conuenit, et ab hac regula dependet: TOTIDEM SVNT GRADVS QVOT PERSONAE VNA DEMTA. e. g. auis a nepote distat secundo gradu: nam demto auo supersunt duea personae, nempe filius et nepos; IN LINEA COLLATERALI vero Computatio Canonica unum saltem latus computando plurimum a ciuli differt, aliaque regula in linea collaterali aequali, alia in linea collaterali inaequali obtinet. IN LINEA COLLATERALI AEQUALI haec REGULA obseruatur: QVOTO GRADV ALTERRA PERSONA EX IIS, DE QVARVM COGNATIONE QVAERITVR, DISTAT A COMMUNI STIPITE, EODEM GRADV DISTANT EADEM PERSONAE INTER SE; Ita fratri et sororis filii a se inuicem distant gradu secundo, siue enim a fratri, siue a sororis filio initium computationis facias, ab auo, respectiue materno & paterno, secundo gradu remotus est. IN LINEA COLLATERALI INAEQUALI haec REGULA locum habet: QVOTO GRADV PERSONA REMOTIOR EX IIS, DE QVARVM COGNATIONE QVAERITVR, DISTAT A COMMUNI STIPITE, EODEM GRADV PERSONAE, QVARVM CONIVNCTIO INVESTIGATVR

GATVR, DISTANT INTER SE, e. g. mei fratri filius mihi iungitur gradu secundo, quia ipse tanquam persona remotior a communi stipite, nempe auo suo et patre meo, gradu secundo distat. c. 9. X. d. conf. et affin. v. declaratio Arboris Consanguin. post. c. 6. XXXV. q. 5. Hunc computandi modum secundum Canones ineptitudinis accusant. (C) Sibm. in Idea arb. conf. et affin. c. 3. Carpz. d. vs. arb. conf. d. 1. ib. 12. Conrad. Rittersbus. differ. I. C. et C. L. I. c. 6. verb. supputatio. Excusant Duaren. ad T. I. ff. d. inoff. testam. c. 5. Struv. S. I. C. Ex 29. ib. 44. Conf. Bachov. ad Tr. V. 2. Disp. 6. ib. 2. lit. f.

VII. Haec tenus de Ciiali & Canonica computandi ratione in Consanguinitate actum, AD AFFINITATEM itaque PROGREDIMVR, IN QVA COMPVTATIO FIT SECUNDVM communem REGVLAM; QUOTO GRADU COGNATI VXORIS UXORI IVNGVNTVR IN CONSANGVINITATE, EODEM MARITO IVNGVNTVR IN AFFINITATE, ET VICE VERSA, i. e. Quoto gradu cognati mariti marito iunguntur in consanguinitate, eodem vxori iunguntur in affinitate. c. 5. X. d. conf. et affin. l. 4. §. 3. ff. d. grad. j. §. 8. l. d. nupt. (D) e. g. meae vxoris foror

(C) Tribuunt inuentum huius computationis Alexandro II. Pontifici STRYCK. in Us. mod. P. ad L. 23. §. 15. SCHILTER. de libert. Ecclesiar. Germaniae L. 3. c. 10. §. 12. 13. Impugnat vero illud præter alios HOTOM. de grad. et affin. Defendit B. IO. HENR. COCCEIVS dissert. de computat. grad. cognat. J. GVNDLINGIAN. 27. St. n. 3.

(D) A regula capitilis 5. X. de consangu. et affinit. recedere videntur, ob interdictum cum vitrici matre, novvercae matre, vitrici patre, et nouercae auia, matri-

ror mihi secundum computationem Ciulem est in se-
cundo, iuxta computationem Canonieam in primo gra-
du, quoniam in eodem gradu consanguinitatis iuncta
est vxori meae *Carpz. de us. arb. conf. d. 1. tb. 20.* Quam-
uis autem triplex genus affinitatis supra commemo-
ratum sit, *DIVERSVM tamen GENVS AFFINITATIS
NON GRADVM SED ATTINENTIAE MODVM MVTAT*, e. g. meae defunctae sororis reliqui mariti secunda
vxor mihi est in secundo affinitatis genere, sed in eodem
gradu (secundo Computationis Civilis, primo Canoni-
cae) cum suo marito, qui mihi in primo affinitatis gene-
re constitutus est. *Schulz. arb. conf. et affin. c. 7. n. 15.*

VIII. De Ciuli et Canonica Computatione tra-
ctatum est, ab hac aliquid diuerositatis continet *COM-
PVTATIO SAXONICA*, quae, dum in eo fal-
tem a reliquis computationibus recedit, quod fra-
tres ab uno latere iunctos bilateralibus uno gradu fa-
cit remotiores, eosque in tertio gradu Computatio-
nis ciuilis, constituit. *ΩΝ. L. 1. a. 3. EXCEPTIO-
NEM POTIVS A REGVLA CIVILI, QVAM
NOVAM COMPVTANDI RATIONEM
COMPLECTITVR.* *Habn. ad W. tit. d. grad. n. 16.
verb.* Alia graduum praecipue cum tantum absit, ut
vniversalis dici haec computatio possit, ut potius ad
solam successionis materiam restringatur et in eadem
ne quidem semper obtineat. Vnde ab utensilium,
feudalium et expeditoriarum rerum successione can-
dem arcet *Carpzov. d. us. arb. conf. d. 1. tb. 15. in ma-*
tri-

*trinoniam, emendata Ordin. Polit. Anhaltina t. 7.
§. Solchen nach nun seynd von wegen der Schwie-
gerschafft der Stief-Mutter Mutter ic. Ius Pro-
vincial. Pruss. L. 2. t. 2. Von verbothenen und un-
zulässigen Ehen art. 2. Von Personen und Graden,
so wegen der Schwiegerschafft. §. 1. Ordin. Provin-
cial. Div. Augusti, v. C. S. p. 121. Conf. Opusc.
GRIBNERIANA T. V. Sect. I. de incestis, cum
nonercae matre nuptiis.*

rimonialibus vero cum aliis excludit S. bneidw. ad J.
Tit. de nuptiis rubr. An inter ius Commune et Saxonum
cum quoad computationem graduum sit differentia. v. Co-
ler. Part. 1. Dec. 49. n. 24. Carpz d. 1. tb. 34. Interim
ob identitatem rationis Saxonius hic computandi mo-
dus non saltem in fratribus, sed etiam in remotio-
ribus personis ex uno tantum latere iunctis merito
attenditur. Diff. Treutl. V. 2 d. 16. tb. 5. l. c. Conf.
Hahn. ad Wes. c. l. Schulz. in arb. conf. & affin. c. 6. n. 13.
Coler. part. 1. Dec. 49. n. 17. Berl. P. 3. concl. 24. n. 92. 93.
Moll. ad part. 3. C. El. 18. n. 2. f.

C A P. II.

De utilitate computationis graduum.

Computatio graduum in genere considerata est, iam breuissimis monendum quoque venit, in quibus materiis eadem maximam utilitatem praestet, quod comnodissime, ut opinor, fiet, si pri-
num materias praecipuas perlustrem, deinde reli-
quas per indicem quasi recenseam. **PRIMVM** igitur **LOCVM** occupent matrimonia, quae quousque
prohibita sint inuestigandum. Et quidem 1) de pro-
hibitione juris diuini, 2) de prohibitione iuris hu-
mani dicemus. **IVRE DIVINO** ob turpitudi-
nem, quae hisce coniunctionibus ineft, **PROHILBITVM EST MATRIMONIVM IN CON-
SANGVINITATIS LINEA RECTA IN TER
ASCEDENTETS ET DESCENDFNTETS IN IN FINITVM**. **Lev. c. 18. v. 7. 8.** Nam vocabulum
patris et matris illic de omnibus ascendentibus, no-
minis generalitate et ratione exigente, intelligen-
dum. Schulz. d. arb. conf. et aff. c. 8 m. 1. n. 3. v. ta-
men Covarruv. de matrim. part. 2. c. 6. §. 6. n. 12. it.
§. 10. n. 8. 9. 14. seqq. **IN LINEA OBLIQYA**
IN FRATRES ET SORORES **Lev. c. 18. 9.**
Ger-

Germanas, consanguineas et uterinas vid. Lev. c. 20.
 vers. 17. **EASQUE PERSONAS, QVAE SIBI INVICEM SVNT PARENTVM LIBERO-RVMQVE LOCO d. c. 18. v. 12, 13, 14.** PROHIBITAE SVNT NVPTIAE. Fundamentum enim prohibitionis, quod Parentali respectui innuitur, tam in consanguinitate quam affinitate non in Personis iure divino nomine natim expressis acquisitum; sed ad personas simili ratione iunctas sese porrigit: illicitum itaque est matrimonium inter auunculum et sororis filiam, it. inter sororis filium et avunculi viduam. *Carpz. d. vj. arb. conf. et affin. Disp. i. tb. a. 52. 53. Zieg. d. Iur. Maj. L. 1. c. 7. tb. 17. 19. Schulz. d. arb. conf. et affin. c. 8. r. 23. Diff. Richt. Dec. 11. n. 12.* Sunt autem Parentum loco, qui proxime subsunt communis stipiti, a quo altera persona ipsis est remotior. §. 5. *I. de nupt. I N AFFINITATE EAS-DEM PROHIBITIONIS REGVLAS DE-PREHENDES in linea recta. Lev. c. 18. v. 15. & 17. in obliqua vers. 16. 14. Carpz. d. I. tb. 36.* Cum hoc iure diuino tranquam moraliter exacte iuris naturae prohibitionem consentire Theologos nostros fecutus asserit Zieg. ad Inst. Iur. Canonici, L. 2. t. 13. §. 10. verb. Constitutum. Conf. Struv. S. I. C. Ex. 29. tb. 47. 48. Sitom. in Idea arb. conf. c. 7. n. 3. seqq. Diff. Cuarruv. de matrim. part. 2. c. 6. §. 10. n. 3. seqq. De prohibitione iuris diuini actum, agendum **DE PROHIBITIONE IVRIS HVMANI**, vbi 1) Juris Civilis, 2) Iuris Canonici, 3) Iuris Saxonici prohibito recensabitur. **IVS CIVILE MAXIMA EX PARTE CVM IVRE DIVINO CIRCA MATRIMONII PROHIBITIONEM CONVENIT:** nam IN CONSANGVINITATIS ET AFFINITATIS LINEA RECTA INTER ASCENDENTES ET DESCENDENTES PROHIBITAE SVNT IN INFINITVM NVPTIAE. §. 1. *I. d. nupt. I. 17. C. eod* quamvis iidem per solam adoptionem parentum liberorumque loco ubi esse coeperint, eaque adoptio emancipatione dis-

folu-

soluta sit. a. §. 1. Licet vero huic legali coniunctioni hodie hic effectus prohibendi matrimonii a nonnullis denegetur; vid. Schulz. d. arb. conf. c. 8. n. 53. Graenow. ad §. 1. I. de nupt. moribus tamen vniuersalibus a Iure Ciuii, maxime nondum dissoluta adoptione, haud esse recessum affirmat Franz. ad d. §. 1. n. 17. j. Brunnem. ad l. 55. §. 1. ff. d. rit. nupt. IN LINEA COL-LATERALI CONSANGVINITATIS ET AFFINITATIS MATRIMONIO INTER-DICTVM EST ILLIS PERSONIS QVAE SIBI INVICEM SVNT FRATRVM ET SORO-RVM, §. 2. I. de nupt. l. 54. ff. cod. (sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint sive alterutro eorum d. §. 2.) VEL PARENTVM LIBERORVM VE LOCO. §. 3. I. d. nupt. l. 39. ff. d. rit. nupt. l. 12. §. f. l. 17. ff. de R. N. Covarr. d. matrim. part. 2. c. 5. n. 2.

II. IVS CANONICVM vltra Iuris Ciuilis terminos progreditur, (in adoptiuis imitatur ius Ciuile, v. c. 1. Cauj. 30. q. 3. C. un. X. a. cogn. leg. v. Ziegel. ad Inst. Iuris Can. l. 2. t. 13. §. 7. verb. legalis) et NON TANTVM IN LINEA RECTA CONSANGVINITATIS ET AFFINITATIS INTER ASCENDENTES ET DESCENDENTES, IN COL-LATERALI VERO INTER EOS, QVI SIBI INVICEM PARENTVM ET LIBERORVM LOCO SVNT IN INFINITVM, c. 17. 18. 8. 14. C. 35. q. 2. 3. C. 1. X. d. conf. et aff. c. 13. X. d. restit. spoliat. Conf. Duar. ad Rubr. d. c. 13. Uffelm. ad Rittersh. diff. I. C. et Can. L. 1. c. 8. Obs. 2. Conf. Cuiac. ad c. 8. X. d. conf. et affin. Diff. Humm. Ref. l. 1. t. 3. q. 3. SED ETIAM IN-TER COLLATERALES RELIQVOS AD QVARTVM VSQVE GRADVM, IPSO GRA-DV QVARTO INCLVSO, PROHIBET MA-TRIMONIVM c. 8. X. d. conf. et aff. ex ratione ta-men satis futili, quod quatuor sint humores in cor-pore humano, qui constent ex quatuor elementis. v. Schulz. d. arb. conf. et aff. c. 8. membr. l. n. 41. Conf. Struv. S. I. C. Ex. 29. th. 33.

III. JVS SAXONICVM, vt eo fortius homines a gradibus iure diuino prohibitis arceat, neque tamen nubendi libertatem nimis circumscribat, IN GRADU TERTIO LINEAE COLLATERALIS INAEQUALIS SVBSTITUIT, ET IN IPSO GRADU TERTIO AEQUALI MATRIMONIA CONTRAHI PERMITTIT. v. Elect. Augusti viuae memoriae, Kirchen-Ordnung Tit. Von Sachen, rubr. Welchen Personen sich in Ehegelnbiß mit einander eingelassen verboten. Frustra igitur avus vel proauus, ficer vel prosocer de matrimonio cum nepte vel pronepte, nuru vel pronuru ineundo cogitat, *Iure diuino*, Ciuiti, Canonico et Saxonico eam coniunctionem prohibente, idem de forore, quae fratri, fratrissilio, fororis viduo fratrissue genero iungi cupit, iudicandum est. *Iure tantum Canonico et Saxonico* cum consobrina, consobrini filia, vxoris defunctae patrui vel amitiae filia, vel patrui magni filia, incesta dicitur coniunctio. Solo autem iure Canonico inter consobrinorum filium filiamque, nepotem neptemque, item cum propatrui magni filia, nepteve, cum promaterterae magnae filio vel nepote, prohibitum est matrimonium.

IV. Iam memorata MATRIMONII PROHIBITIONE EXTENDITVR PRIMO secundum Ius Diuinum, Ciuale, Canonicum et Saxonicum, siue affinitas sit legitimo siue illegitimo coitu constituta. (E) Gen. c. 2. v. 24. j. 1. Cor. 6. v. 16. l. 14. §. 2. l. 54. ff. d. nupt. l. 17. ff. eod. c. 10. C 35. q. 2. et 3. c. 8. X. d. eo qui cognov. Conf. Conf. Prov. Sax. rubr. generali, Die Ehe wird verboten von wegen der Blut-Greudschaft, rubr. speciali Erinnerung und Unterricht. Andr. Rauchbar. part. 2. q. 13. j. c. 1. tb. 3. SECUNDUM non quidem iure Diuino, v. Carpz. d. us. arb. conf. disp. l. c. 5. tb. 58. 59. IMRE tamen Ciuali, §. 9. l. d. nupt. l. 12. §. 1.

(F) Evidens est ratio huius extensionis. Cum enim, ceu ex hoc loco allegatis Scripturae locis apparet, vir et uxor, atque extra matrimonium corpora miscentes una caro fiant; abstinere quoque debent alter ab alterius cognatis, ac propriis.

§. 1. 2. ff. de R. N. Canonico, c. 6. X. j. d. sponsal. impub. c. 1.
et. spos. s. 6. et Saxonico Electi. Const Prov. rubr generali.
Die Ehe wird verboten, rubr. spec. Schwägerschafft. C. S.
p. 121. eadem, quae, est in affinitate nuptis perfecta lo-
cum habet prohibitio etiam in affinitate inchoata fal-
tem per sponsalia pura et publica; hoc enim publica
honestas desiderat. Beust. d. spons. P. 1. c. 67. verb. Tertius
effectus Schulz. d. as b. conf. et suff. t. 8. n. 77. seqq. **TER TIO**
quamvis non iure Diuino, Carpz. d. l. 1b. 57. attamen (ut
nonnulli volunt) iure Canonico, c. 12. C. 35. q. 2. 3. j. c. 8.
X. 1. conf. et aff. v. Schneidw. ad t. I. d. nupt. in arb. aff. n.
14 Conf. Zieg. ad Inst. Iur. Can. L. 2. t. 13. §. 10. verb. et Ter-
tio etc. et Iure Ciuiti in linea recta vel collaterali concur-
rente parental respectu, l. g. ff. d. R. N. l. 4. §. 7. ff. d.
grad. iuxta obseruantiam Saxoniam vero deficiente
quoque parental respectu, prohibitae sunt nuptiae in
secundo affinitatis genere. Beust. ac matr. part. 2. c. 53.
Carpz. d. l. c. 4. 1b. 43. Tertium vero affinitatis genus
etiam in linea recta Diff. Schulz arb. conf. & aff. c. l. n. 37.
neque Diuino, neque Ciuiti, neque Canonico, neque
Saxonico iure prohibitionem habet. Carpz. part. 4. Conf.
24. d. 12. ubi praej. it. c. l. 1b. 44. Cuarr. de matr. part. 2.
c. 6. §. 7. n. 6. **QVARTO** Iure Ciuiti et Canonico haec
matrimonii prohibitio ad cognatos spirituales exten-
ditur, l. 26. C. d. nupt. c. 4. 6. 8. X. d. cognat. spirituali. v.
Cuarr. d. matrim. part. 2. c. 6. §. 4. Zieg. ad Inst. Iuris Ca-
non. l. 2. t. 13. verb. Spiritualis, quod in Saxonia recte ne-
gligitur. Beust. d. matr. part. 2. L. 51. verb. ultimo. Zieg. c. l.
Berl. part. 4. concl. 32. n. 24. Pbil. vs. pr. Inst. l. 1. Ecl. 62.
n. 14. ubi praej. Groen. d. LL. abrog. ad d. l. 16. C. n. 3. in-
terim in iis locis, in quibus de abrogatione d. l. 26. non
constat, tutissime peti dispensationem putat Brunnem. ad
d. l. 26. C. n. 10.

V. IN HAC PERSONARVM PROPINQUITATE
CIRCA MATRIMONIVM INVESTIGANDA, COM-
PVATATIO IVRIS CANONICI RECEPTA EST,
quandoquidem sibi matrimoniorum materiam coni-
ventibus Principibus in Imperio Romano viadicauit
Pontifex, forique obseruantia eam computandi ratio-
nenon improbavit. Cuiac. ad rubr. X. d. conf. et aff. Co-
varr. d. matr. part. 2. c. 6. §. 6. n. 8. Beust. de matr. p. 2. c. 51.
B 2 f.

f. Carpz. d. us. arb. conf. d. i. tb. 12. 13. Caeterum quia commemoratione nuptiarum prohibitioni contraria est **DISPENSATIO**, quae describi potest, quod sit prohibitionis, lege humana constitutae, publica auctoritate facta relaxatio, vnico saltem verbo notatum esse cupio, quod **INTER PERSONAS, QVAS IVS DILVINVM CONIVNGI PROHIBET, NVLLA DISPENSATIO FIERI POSSIT, QVAE RECTE FIT A MAIESTATE, IN MATRIMONIO IVRE HUMANO SALTEM PROHIBITO:** Lex enim diuina vniuersalis ipsa Maiestate maior, humana vero eadem inferior est; vnde nullo negotio, in quibus casibus dispensationi locus sit, intelliges, si traditam in superioribus iuris diuini prohibitionem diligenter excusseris. *Conf. Ziegl. d. iur. Mai. L. i. c. 7. tb. 6. Couarr. de matrim. p. 2. c. 6. §. 9. n. 9. seqq. Carpz. d. us. arb. conf. et aff. disp. i. c. 5. tb. 5. seqq. Schulz. d. arb. conf. et affin. cap. 8. membr. 2. Sithm. in idea arb. conf. et aff. c. 7. (F)*

VI. SECUNDVM LOCVM in usu computationis graduum **SIBI VINDICATE MATERIA SVCCSSIONIS AB INTESTATO**, quoniam vero **SVCCESSIO** illa vel secundum Ciuale, vel secundum Feudale ius defertur, **IN CIVILEM ET FEVDALEM DISPECITVR.** Feudalem, breuitatis studio seruientes, omittimus, de Ciuali saltem tractaturi, quamvis Feuda quoque Ciualem computationem in successionis materia sequi recte defendat. *Duaren. Comm. ad consu. Feud. c. ii. n. 14. Schulz. de arb. conf. et aff. cap. 5. ex text. I. f. 1. §. 4. 1. I. f. 8. §. 1. II. F. 37. Dist. Hart. Pist. l. 2. q. 19. n. 12. CIVILIS SVCCESSIO VEL IVRE COGNATIONIS late sit dictae, v. l.*

4. §. 2.

(F) *Addit. MOYS. AMYRALD. tr. de iure natur. quod connubia dirigit, disquisit. 5. qui etiam de ec. quo- usque consanguinitas et affinitas, quae nuptiis est im- pedimento, natureliter se extendat, disquis. 5. confer- ri potest. Ill. BOEHM. positiones de grad. matri- monial. succinctae expositioni doctrinae de actionibus adiectas.*

4. §. 2. ff. d. grad. VEL EX RATIONE CIVILI
 TRIBVITVR IVRE COGNATIONIS SVC-
 CEDIT TRIPLEX ORDO, primus DESCEN-
 DENTIVM, secundus ASCENDENTIVM,
 tertius COLLATERALIVM. In Descendentium
 classe consti tuti tam Ascendentes, quam Collaterales
 excludunt, Nov. 118. c. 1. et vno generali vocabulo LI-
 BERI appellantur. l. 220. l. 56. §. 1. ff. d. V.S. Hi vero
 SVNT VEL LEGITIMI VEL ILLEGITIMI.
Legitimi vel naturales et legitimi, vel legitimi tantum, ille-
gitimi vel simpliciter tales, ut naturales et spuri, vel cum
peculiaris nota tales, ut incestuosi, adulterini. LEGITI-
 MI ET NATURALES dieuntur ex iustis (idem de
 nuptiis putatiis b. f. contractis iudicandum v. c. 14. X.
 qui fili sint leg. Struv. S. I. C. Ex. 38. tb. 24.) nuptiis pro-
 creati, iidemque cum ex diuerso matrimonio nati sunt,
 separatim suo proprio Parenti, aequaliter autem Paren-
 ti communi succedunt, ita tamen ut nuptialia et respe-
 ctiue dotalia lucra liberi illius matrimonii, quo illa sunt
 quae sita, luce Ciudi praecipua habeant. N. 98. c. 1. j. l. 4.
 5. 6. §. 1. C. d. secundis nuptiis Strnu. S. I. C. Ex. 38. tb. 17. j.
 id. ad Ant. Matth. d. succession. cap. 14. a. 8. Conf. Brunnem.
 adl. 10. C. d. sor. nupt. num. 5 seqq. Coler. part. 1. dec. 40. f.
 Groen. d. LL. abrog. adl. 3. C. d. sor. nupt. n. 3. seqq. Quo-
 ties ex eodem matrimonio procreati sunt hi liberi, aequaliter
 succedunt, interque liberos eiusdem, vel diuersi
 matrimonii non distinguitur: (1) vtrum sint nati, an nasci-
 turi, siue posthumus l. 7. ff. d. stat. hom. §. 2. J. d. baer. que ab
 intest. Carpz. p. 3. c. 18. v. 27. (2) vtrum sunt masculi an
 foeminae. N. 118. c. 1. (3) vtrum sint sui, an vero emanci-
 pati; nam inter suos et emancipatos superest, non quoad
 effectum, sed modum successionis, differentia. Vinn. ad
 §. 5. I. de exhaer. lib. num. 4. (1) Vtrum sint primi an ul-
 terioris gradus: nam in ordine descendantium ius re-
 praesentationis obtinet in infinitum. N. 118. c. 1. EST
 autem REPRAESENTATIO natio iuris, qua personae
 remotiores cum proximioribus concurrentes personam
 defuncti Parentis referunt, eandemque portionem ha-
 reditariam capiunt, quam earundem Parens accepisset,
 si vixisset. N. 118. c. 1. Haec repraesentatio successioni

in capita, vel in stirpes ansam dedit. DICI VVR autem IN CAPITA FIERI SVCESSIO, quando haereditas diuiditur in tot partes, quot sunt personae succedentes, IN S TIRPES vero, quando pro numero stirpium partes haereditariae constituantur. §. 6. l. d. haered. quae ab inseſt. Vnde cum ſoli ſuccedunt primi gradus liberi, e. g. ſex filii filiaeve eiusdem Patris) in capita fit ſuccellio : (i. e. haereditas in ſex partes diuiditur) ſed cum vltioris gradus dēſcendentes cum proximioribus concurrunt, (i. e. nepotes quatuor ex filia cum tribus filiis defuncti) in stirpes diuiditur haereditas, (adeoque quatuor conſtituantur partes, ex quibus tres filii tribus ſuperstitibus cedunt, quarta vero nepotibus ex filia defuncti tribuitur.) Haetenus de naturalibus et legitimis liberis egimus, agamus de LEGITIMIS TANTVM. HI vero SVNT VEL LEGITIMATI, Vel ADOP TIVI. LEGITIMATI ſunt vel per oblationem Curiae, (quam, cum hodie receleſtit ab uſu, omittimus, vid. Sithm. in id. arb. conf. et aff. c. 9. n. 13.) vel per ſubsequens matrimonium vel per Rescriptum Principis tales. PER SVBSEQVENS MATRIMONIVM ſiuē ab initio ſiuē poſtquā in terceſſerunt aliae nuptiae Val. Forſter. d. ſuccell. 6. c. 23. legitimiſti eodem iure ſuccedendi gaudent, quo naturales et legitimi: finguntur enim ab initio uiffi legitimi. N 89. c. 8. PER RESCRIP TVM PRINCIPIS legitimiſti ſunt vel ante vel poſt mortem Patriſ legitimiſti. Poſt mortem eius legitimiſti plane non ſuccedunt, etiamſi ad ſuccellionem fit facta legitimatio. a. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui. l. 2. §. 10. 16. ff. ne quid in loc. publ. v. praci. ap. Hahn. ad Wef. d. his, qui ſui. n. 3. verb. Per diploma. Conf. Ant. Matth. d. ſucc. c. 14. th. 11. Ante mortem Patriſ legitimiſti ſunt vel extraordi narie, v. N. 89. c. 9. extantibus, vel ordinarie non extantibus liberis: legitimiſti; ſi extantibus liberis: non ſuccedunt niſi Patriſ conſenſus accedat et Principis reſcriptum ius ſuccedendi tribuat; ſi liberis non extantibus: ius ſuccedendi habent, ſiuē Patri poſtea iuſti liberi naſcantur, ſiuē non. d. N. c. 9. j. l. 85. §. 1. ff. d. R. I. Gail. l. 2. O. 142 n. 5. Struv. S I. C Ex. 18. th. 20. In legitimorum numerum retuli etiam ADOPTIVOS, qui ſiuē ſint arrogati, ſiuē adoptini in ſpecie ſic dicti, iique ſiuē perfecte ſiuē imperfekte tales, iure ſuccedendi adoptio Patri gau-

gaudent, l. 10. C. de adopt. §. 2. I. eod. nec iniquum est, his omnibus iura successionis quoque, cum de haereditate Patris naturalis agitur, concedi. d. §. 2. j. N. 118. cap. 1. Hann. var. ref. l. 3. tr. 1. q. 9. Diff. Franzk. ex. 8. q. 6. n. 16. seqq. A liberis legitimis conuertor ad ILLEGITIMOS, qui sunt vel simpliciter vel cum peculiari nota tales. SIMPLICITER TALES sunt (1) NATVRALES TANTVM, i.e. ex concubina suscepiti, a. l. 5. C. ad Sct. Orfic. j. N. 89. c. 12. qui matri propter ius sanguinis non aliter atque legitimeti et naturales succedunt, a. l. 1. 8. ff. und. cogn. Patri non item: nam si hic vel legitimos liberos vel legitimam coniugem reliquerit, filii ex una soluti concubina suscepiti boni viri arbitrio aluntur, a successione vero excluduntur; quod si autem neque liberos legitimos neque legitimam coniugem habeat superstitem in sextantem Patri succedunt cum matre in capita diuidendum. N. 89. c. 1. §. 4. 5. f. j. N. 18. c. c. quod ipsum succedendi ius ad secundum, tertium, vel vltiorem successionis gradum extendendum non est. l. f. C. d. nat. lib. a. l. 14. l. 16. ff. d. leg. Ethig. Coll. leg. Ex. 8. Semid. q. 2. num. 7. Diff. quodammodo Bachov. ad Tr. V. 2. d. 16. sb. i. l. c. verb. Hoc. (2) Ad illegitimos simpliciter tales referuntur SPVRII, sive VULGO QVAESITI, qui Patri, etiam si forte de eo constet, non succedunt. a. §. 12. l. d. nupt. l. 19. ff. de stat. hom. v. praei. apud Carpz. sr. cr. qu. 68. n. 129. Matri vero et ascendentibus maternis succedere possunt; l. 2. l. 8. ff. und. cogn. non tamen Matri illustri filios legitimos habenti. l. 5. C. ad Sct. Orfic. Val. Forster. d. success. l. 6. c. 48. Cum spuriis hisce aequalia succedendi iura habent l. Sax. El. ex personis solutis coniungi haud prohibitis citra sponsarium publicorum vel Copulae Sacerdotalis interuentum, nati. Dec. El. N. 49. LIBRI ILLEGITIMI CVM PECVLIARI NOTA TALES sunt EX ADVLTERIO, VEL INCESTV NATI, vtrique a successione Parentum arcentur. N. 74. c. f. N. 89. c. f. iure tamen Canonico et moderno alimenta, commiserationis ratione, officio iudicis, consequuntur. c. 5. X. d. eo, qui dux in uxor. Ludov. Engel. Coll. Un. Iur. Can. part. 2. l. 4. t. 15. n. 7. Couarr. d. matr. part. 2. c. 8. §. 6. n. 9. Carpz. P. 3. C. 14. d. 11. num. et seq.

VII. Deficientem descendientium ordinem excipit Secundus ORDO, ASCENDENTIVM scilicet. SNT autem

B 4

autem ASCENDENTES VEL LEGITIMI, VEL ILLEGITIMI. LEGITIMI vel succedunt liberis legitimis et naturalibus, vel legitimis tantum, itaque vel legitimatis vel adoptivis. LIBERIS LEGITIMIS ET NATURALIBVS SVCCEDVNTI ASCENDENTES vel soli vel cum aliis. Cum soli ascendentes adjunt primi gradus, (vti Pater et Mater, vel alterutra ex his personis, etiam Iure Saxonico per Part. 3. Conſt. El. 17. vbi v. Carpz. d. 1.) tanquam proximiores excludunt remotiores. N. 118. c. 2. His defiſcentibus remotiores vel ſunt eiusdem gradus et linea, et diuiditur haereditas in capita, vel diuersae linea et eiusdem gradus, et diuiditur haereditas in duas partes, quarum altera paternis, altera maternis ascendentibus cedit, ſive (1) pares, ſive diſparē ſummo numero ſint, e.g. ſi ex linea materna ſolus auus maternus, ex linea paterna vero auus et auia paterna ſuperfit; ſive (2) bona a patre vel paternis ascendentibus, ſive a matre vel maternis ascendentibus profecta ſint. d. N. c. 2. l. 10. § 2. ff. d. vulg. et pup. ſubſt. suffragante Ciuiili Iure, dd. text. Luaw. ad Autb. deſuncto. C. ad SEL. Tertull. Ant. Fab. in Cod. L. 6. t. 31. d. 2. Diff. Bartol. in Autb. Itaque. C. commun. d. ſucceſſ. n. 2. et Saxonico Carpz. P. 3. C. 17. d. 2. Quando Ascendentes cum aliis concurvunt, concurrentes ſunt vel fratres deſuncti Germani, et diuiditur haereditas in capita; vel praedefunctorum Germanorum fratribus filii, qui existentibus deſuncti fratribus Germanis iure repræfentationis in stirpes ſuccedunt, at defiſcentibus illis fratribus excluduntur. N. 118. c. 2. j. N. 127. c. 1. Cuiac. in Nou. 118. lit. g. Frunck. ex. 8. q. 8. Diff. Carpz. Part. 3. C. 17. d. 4. n. 3. Forſter. d. ſucceſſ. l. 7. c. 7. Ius Saxonitum ſuperftiſtibus Ascendentibus collaterales omnino a ſucceſſione remouet. Carpz. P. 3. C. 17. d. 6. Hillig. ad D. nell. l. 9. c. 3. l. g. Hactenus de Parentum ſucceſſione in bona liberorum legitimorum et naturalium dictum eſt, QVOD SI LIBERI SINT LEGITIMI TANTVM, ET QVIDEM LEGITIMATI PARENTES ex natura correlatorum ipſis non aliter, atque liberis legitimis et naturalibus, ſuccedunt. Forſter. d. ſucceſſ. lib. 7. c. 19. QVOD SI LIBERI SINT ADOPTIVI. Pater quidem extraneus ipſis non ſuccedit; a. 5. 2. l. d. adopt. Ascendens tamen, qui adoptionem fecit, liberis adop-

adoptiuis, et pater arrogator arrogatis puberibus succedendi ius habet, l. 10. §. f. C. d. adopt. j. §. 2. I. eod. Mater vero ad adoptionem admissa, item adoptiui Patris vel arrogatoris vxor nullo succedendi iure gaudet, a. l. 3. ff. d. adopt. Forster, d. tr. l. 7. c. 18. ILLEGITIMI PARENTES LIBERIS NATURALIBVS TANTVM parj modo, quo liberi parentibus succedunt, N. 89. c. 13. De spvriis idem esto iudicium; mater itaque et cognati successio- nis emolumento fruuntur. Carpz. P. 4. C. 18. d. 7. ADVLTERRINIS ET INCESTVOSIS liberis Parentes nullo iure succedunt. Forster, d. l. c. 19. n. 3.

VIII. Post Ascendentium ordinem proximus in suc- cectione est COLLATERALIVM ORDO. SVNT vero COLLATERALES VEL LEGITIMI, VEL ILLEGITIMI. Legitimi vel sunt legitimi et naturales, vel legitimi tantum. COLLATERALES LEGITIMI et NATVRALES vel sunt PROXIMORES, i. e. fratres & sorores eorumque filii, vel REMOTORES. Proximiores sunt vel bilaterales: vt Germani fratres et sorores, qui soli in capita succedunt, cum Germanorum fratrum sororumunque filiis in stirpes: (Jur. Sax. secus est, quo in linea collaterali Ius repraesentationis plane non obtinet. Hart. Pst. L. 2. q. 23. n. 1. 2.) imo Germanorum fratrum et sororum filii soli in capita haereditatem diuidunt, l. 2. §. 1. ff. d. suis et leg. baer. §. 4. I. d. leg. agn. success. R. Id. A. 1. 29. Rittersb. ad Nou. part. 7. cap. 14. per tot. Diff. Bartol. in l. 2. §. 1. ff. d. suis et leg. baer. patruosque suos vni laterales (idem in defuncti patruis bilaterilibus obtinet; hi enim ipsis tanquam liberis Parentum loco sunt, d. N. cap. 3. Struv. S. I. C. l. Ex. 38. tb. 34.) omnino excludunt, non aliter atque eorumdem Parentes iis tanquam fratritus suis vnlateralibus praepositi essent, si vixissent. N. 18. c. 3. Vel collaterales proximiores sunt vnlaterales, vt fratres consanguinei et veterini, qui deficientibus Germanis Germanorumque filiis, quoties soli succedunt, in capita, quoties vero Fratrum filii concurrunt, in stirpes haereditatem diuidunt aequaliter, siue bona a Patre, siue a Matre profecta, siue proprio labore parta sint. N. 118. c. 3. Fachin. contr. L. 5. cap. 5. Ludw. in Auth. Post fratres. C. d. legit. baered. Diff. Hillig. ad Donell. l. 9. cap. 4. lit. f. Conf. P. 3. C. B. 5 El.

El. 14. ibique Carpz. d. 4. SPECIALITER vero IVRE SAXON. frater ab uno latere iunctus gradu uno remo-
tior est fratre, qui ab utroque latere defuncto iungeba-
tur: hinc fratrum sororumque filii utrinque coniuncti
in foro Saxon. fratrem ab uno latere iunctum non exclu-
dunt, sed cum eo in capita succedunt. *Carpz. P. 3. C. 18.*
d. 10. Patrius vero vel amita item patrueles et consor-
brini utrinque iuncti patruum vel amitam, item pa-
trueles et consobrini utrinque iuncti patruum vel ami-
tam item patrueles et consobrinos ex uno saltem latere
iunctos excludunt. *id. d. 2. 12. (v. cap. 1. b. 8.)* VLTERIO-
RES COLLATERALES i. e. qui sunt ultra fratrum et
sororum filios, nulla distinctione admissa utrum ab uno,
an vero ab utroque latere defuncto iuncti sint, in capita,
cessante representationis iure, succedunt, graduque vi-
ciniores remoiores excludunt, etiam ultra decimum
gradum in infinitum. *N. 18. c. 3. Ant. Perez. ad t. C. d. leg.*
buered. num. 10. Forster. d. success. l. 3. 10. Diff. Carpz. Part.
3. Conf. 18. d. vlt. COLLATERALES LEGITIMI sunt
vel legitimati vel adoptiui. **LEGITIMATI** per subse-
quens matrimonium et Rescriptum Principis sibi inui-
cem succedunt, dummodo posteriori modo legitimati
ius succedendi per legitimationem nacti sint. **ADOP-
TI** VI fratres, per adoptionem minus plenam tales, adoptiuis
fratribus suis non succedunt. *a. l. 10. §. 1. C. d. adopt.* At
adoptiui fratres per plenam adoptionem tales, item arro-
gati, iure agnationis agnatis succedere possunt. *Forster. d.*
succ. l. 8. cap. 4. **ILLEGII IMI FRATRES SIMPLICITER**
TALES Sunt VEL NATVRALES, VEL SPVR-
RII. Utrique Collateralibus a matre iunctis succedunt
iisdemque ab ipsis succeditur; *l. 4. l. 2. ff. unde cognati.* a
legitimis tamen fratribus defuncti excluduntur. *Struv.*
S. I. C. Ex. 38. b. 37. j. Forst. c. l. c. 11. 12. **ILLEGITIMI**
FRATRES CVM PECVLIARI NOTA TALES, VT
ADVLTERINI ET INCESTVOSI, sibi inuicem non
succedunt. *Rittersb. ad Nov. P. 7. c. 15. n. 4.*

IX. EX RATIONE CIVILI succedunt **I. CONIV-**
GES sibi inuicem, et quidem vel soli, vel cum aliis con-
currunt. **SOLI** coniuges uniuersaliter succedunt ex Edi-
cto Praetoris, vnde vir et vxor, deficientibus cognatis,
dummodo iustum inter eos matrimonium fuerit et ad
tem-

tempus mortis usque durauerit. *I. vn. ff. vnd. vir et vx.*
Carpz. P. 3. C. 18. d. 31. CVM ALIIS CONCVRRVNT
 coniuges (marito enim aequae ac vxori hanc successio-
 nem competere putamus, *a. N. 53 c. 6. §. 2. j. N. 117. c. 5.*
N. 22. c. 18. Brunnem. ad Auth. Praeterea. C. vnd. et ux. n.
14. Diff. Cuiac. in N. 34. verb. quarta pars. f.) et succedunt
 particulariter, quando matrimonium sine dote aut do-
 natione propter nuptias est contractum, et defunctus
 vel desuncta diuitias relinquit, superstes vero inopia la-
 borat, ita ut *quarta pars haereditatis coniugi cedat, si tres*
vel pauciores, virilis portionis, ususfructus vero, si quatuor
vel plures liberi extirrint. Deficientibus liberis coniugi su-
 perstiti quartam haereditatis partem pleno iure tribuimus,
 siue tres siue plures ascendentis vel collaterales concur-
 rant. *N. 117. c. 5. Rittersb. ad Nov. part. 7. c. 17. n. 11. 12.*
Struv. ad Ant. Matth. d. success. c. 15. a. 4. Diff. Forst. d. suc-
cess. l. 9. c. 10. 11. Donell. Comm. L. 9. cap. 1. l. r. Conf. Carpz.
P. 2. Dec. 163. n. 17. 18. IVRE SAX. post concessionem
 thalami Part. 3. *Const. El. 19. MARIUS succedit in o-*
 mnia vxoris mobilia. *¶R. L. 1. art. 31. Carpz. Part. 1. C. 23.*
d. 11. VXOR vel Ignobilis est vel Nobilis. IGNOBILIS
Jure Sax. Communi non aliter atque Jure Ciuiili succedit.
Berlich. Part. 3. Concl. 27. num. 13. Carpz Part. 3 C. 20. d. 1.
15. Electorali vero Iure cum reliquis bonis Geradam con-
 fert et extantibus liberis quartam, non extantibus ter-
 tiam (ex statuto Lipsiensi indistincte tertiam & praeter-
 ea Geradam, *Carpz. Part. 3. C. 20. d. 6.*) haereditatis par-
 tem capit *P. 3. Const. El. 26.* nisi bona ad maritum illata
 repetere, quam hanc statutariam portionem accipere
 malit. *Carpz. d. 1. 41. eadem optionem de Iure Sax.*
Comm. relietae vxori concedit. Struv. S. I. C. Ex. 18. ib.
41. j. Berl. Part. 3. Concl. 27. n. 80. VXOR NOBILIS post
 mariti mortem Geradam, Sponsalitiam largitatem, siue
 Morgengabam cibaria domestica, (*Müßtheil,*) et dotali-
 tum, (*Leibgeding,*) consequitur, nisi instar viduae igno-
 bilis portionem statutariam petere malit, *per Part. 3.*
Const. Elec. 37. ib'que Carpz. d. . Diff. videtur Moller. sem.
l. 2. c. 8. f. II. COLLEGIA, quibus id priuilegii datum est,
 membris suis succedunt et fiscum excludunt. *v. t. t. C. d.*
 haered. decur. Quod Salua ratione iuris ad quaevis li-
 citata collegia extendi nequit. *l. 14. l. 16. ff. d. LL. Ant. Matth.*
d. suc-

d. success. cap. 15. tb. 18. Diff. Paul. de Castro ad l. 1. C. d. haer. Decur. n. 1. moribut vero alibi inualuit, v. Struv. ad Ant. Matth. d. l. tb. 18. 19. alibi plane negligitur. v. Groenew. d. U. abrog. ad. d. t. d. haered. Decur. num. 2. 3. III. FISCVS, qui post cognatos & coniuges bona vacantia occupat. l. 4. C. d. b. n. vacant. Etiam hodie, Gudelin. d. Iur. Nov. lib. 5. c. 10. verb. Cueteroquin. Groenow. c. l. quod fisci ius in foro Sax. ciuitates merum Imperium habentes sibi vindicant Brunnem. ad l. 1. C. d. bon. voc. n. 6. IN hac SVG-CESSIONVM MATERIA CIVILIS NON CANONICA COMPVTATIO RECEPTA EST, etiam in foro Ecclesiae. v. c. 2. C. 35. q. 5. Covarruv. d. matr. Part. 2. c. 6. §. 6. n. 8. Carpz. d. us. arb. cons. et aff. disp. 1. tb. 15.

X. TERTIVM LOCVM in exponendo Vsu Computationis graduum SVVM FACIT MATERIA TVTELARVM. LEGITIMA enim TVTELA secundum praerogatiuam graduum defertur, eademque peruenit vel ad ascendentem, vel ad collaterales. Ascendentium alii ordinariam, alii extraordinariam gerunt tutelam. ORDINARIAM olim suscipiebat Pater emancipator filii im- puberis ad exemplum Patroni. §. un. I. d. leg. parent. tut. Iure Nouissimo filius impubes (ut pote qui modernae virtutis emancipationis incapax est, in formalis secus) non est in tutela, sed patria potestate, vnde Pater iure patriae potestatis (in Muterlicher Gewalt,) bona eiusdem aduentitia, etc. administrat. v. l. 1. C. de bon. matern. j. Dec. El. N. 21. et Carpz. Part. 2. C. 12. d. 14. Post Patrem auus in subeunda tutela proximus est: a. N. 118. c. 5. matremque pupilli excudit. Carpz. Part. 2. C. 11. d. 13. Bach. ad Treut. V. 2. disp. 8. tb. 3. l. d. verb. et cum Diff. Bart. in Autb. Matri et aviae. C. Quond. mul. tutel. off. n. 6. EXTRAORDINARIA ASCENDENTIVM TVTELA EST MATRIS ET AVIAE, quibus, tutelae alias incapacibus, l. f. ff. d. tutel. volentibus, non inuitis defertur tutela, ea tamen lege ut Scto Velleiano et secundis nuptiis, quamuis sine sacramento, renuncient. Autb. Matri. item Avib. Sacramentum. C. quando mul. tutel. Carpz. Part. 2. C. 11. d. 24. Interim Mater auis et tanquam gradu successio- nis proximior praefertur. N. 118. c. 5. Paterna vero et materna auia concurrentes aequali iure tutelam suscipiunt. Carpz. P. 2. Dec. 122. n. 15. seqq. COLLATERA-

RA.

RARES, nulla cognationis et agnationis diuersitate at-
tentata, ratione successionis PROXIMIores remotiori-
bus praferuntur, quando autem plures aequali iure
concurrunt, ex iis vnu plures ad administrationem
eliguntur, tutelae periculo omnibus imminentia, qui ad
tutelam vocantur. *N. 118. c. 5. IVS SAX. Leges XII. Tab.*
imitatur cognatis agnatos praferendo, inter paris gra-
dus agnatos Seniorem praeponit reliquis. *LB. L. 1. art.*
23. Schneidw. ad princ. I. d. leg. agn. tui. n. 12. Phil. us. pr.
I. l. 1. Fecl. 81. vbi praci. IN HAC TUTELARVM
MATERIA COMPUTATIO CIVILIS CANONICAE
PRAEPODERAT. *Zieg. ad Inst. I. Can. L. 2. t. 13. §. 10.*
verb. Septimo. Carpz. de us. arb. conf. et aff. disp. I. tb. 15.

XI. QVARTVM LOCVM in explicat'one usus com-
putationis graduum ASSIGNAMVS TESTIMO-
NII DICT'ONI. PROHIBENTVR autem IN LI-
NEA RECTA ascendentes et descendentes pro se et con-
tra se testimonium perhibere. *I. 9. ff. I. 6. C. de testib. j. 1.*
2. C. d. in ius vocand. IN LINEA TRANSVERSA non
quidem prohibentur fratres et sorores in causa fratum
et sororum testimonium dicere, *a. l. 1. §. 1. ff. de testib.* si
cesset patria potestas, bonorum communio, et cohabita-
tio; *Menoch. d. A. I. Q. l. 2. c. 11. n. 1. Diff. Perez. ad C.*
c. d. testib. n. 8. Inuiti tamen ipse ut et personae in l. 4. ff.
d. test. memoratae ad testimonium perhibendum non com-
pelluntur. Carpz. Proc. t. 13. art. 6. n. 56. seqq. Brunn. ad d.
*l. 4. n. 1. 2. QUINTVM LOCVM DESIDERAT CAV-
TIO RATI, CVM QVA in iudicio citra mandatum
ADMITTVNTVR IN LINEA RECTA Parentes et li-
beri, pro se inuicem, in infinitum. *I. 35. ff. de proc. Con-*
*fentit d. Iur. Sax. O. P. S. t. 7. §. Wit lassen, quae in affini-
tate tamen tantum sacerum pro genero et vice versa ad-
mittit. (G) COLLATERALES, siue cognati, siue affi-*
nes*

(G) *Ad vitricum et priuignum, durante af-*
finitatis vinculo, in aliibus speciale mandatum non
depositiibus, praeflitaque cautione, haec Iuris Saxo-
nici

nes ad gradum secundum inclusiue cautionem rati offe-
rentes, si mandato destituantur, audiendi sunt. d. 1. 35.
Lauterb. disp. de caut. rati tb. 16. Ius Saxonum autem d. §.
Collaterales in consanguinitate ad tertium usque gradum
Computationis Ciuilis inclusiue cum saepe dicta cau-
tione admittit, Collaterales in effinitate penitus ex-
cludit. Carpz. Part. 1. C. 1. d. 29. **SEXTO IN MA-**
TERRA CRIMINVM, QVOTIES CRIMINA
PROPE AD MATRIMONIALES CAVSAS ACCE-
DVNT, vt incestus, Part. 4. Corst. EL 22, 23, 24.
Parricidia, COMPVTATIO CANONICA OBSE-
VARI SOLET, CIVILIS VERO IN IIS DELICTIS
QVAE NVLLAM CVM MATRIMONIO AFFINI-
TATEM HABENT. vnde inuestiganda personarum
propinquitate circa mitigandam poenam in furto a
consanguineis commissio computatio ciuilis attendi-
tur. Conf. EL N. 6. §. Also arch. Carpz. d. vs. arb.
conf et aff. disp. 1. tb. 14. De Computationis utilitate lo-
cali in redimendis templorum subsellis v. idem d. tr. disp.
2. tb. 22. (H) Haec pro instituti ratione L. B. de Theo-
ria

nici dispositio extensa est in O. P. S. El. declar. et e-
mendata ad t. 7. §. wenn die Vollmacht. 3.

(H) Insignem quoque utilitatem computatio Majorum, be-
rer Ahnen, si ad ludos, ordinesque equestres, comi-
tia, atque Canonicatus respicias: praeflat, quae pro
diversitate temporum apud Germanos mirum in mo-
dum variasse deprehenditur. Antiquissimis enim
temporibus quatuor majorum insignia sufficiebant. L. R.
L. 1. a. 51. L. 3. a. 29. ibique glossa. Conf. LIM N.
I. P. L. 6. c. 5. n. 50. Sequentibus autem seculis hunc
numerum duplicatum esse, atque hodie cumulari quan-
doque, non ad sedecim, sed et ad triginta duo, et
plura nobilitatis membra, docet HOEPINCK. d.
in signum sive armor. prisco et novo iure c. XI. pa-
ragr. 4. ubi de cumulatione auorum, origine, dupli-
catio-


ria et Praxi Arboris Consanguinitatis et affinitatis summa cum styli breuitate commemorata sunt, prolixiora ab aliis passim tradita inueniens, certoque tibi persuadebis, praesentem opellam vnicē communem humanarum actionum finem respicere, nempe


S. D. G.

catione, et locandi ordine erudite agit. Iungi posse sunt BESOLD. thes. pr. voc. Ahnen. Ill. BOEHMERI Ius Eccl. Prot. iuxta seriem L. III. t. 5. Decretal. §. 89. BEYER. Delin. Iur. German. L. I. c. 9. BODIN. de republ. c. ult. Miror autem Hoeppingium, et alios, fundamentum huius computationis omisisse, quod ex multiplicatione ascendentium naturali, cuius Paulus ICor. in l. 10. π. de grad. rationem habet, petendum est,



Fr. Neppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.





the scale towards document

genere.

13

aliis excludit *S. bneidw. ad f.*
inter ius Commune et Saxonii-
graduum sit differentia. v. Co-
t. Carpz d. 1. tb. 34. Interim
saxonius hic computandi mo-
ribus, sed etiam in remotio-
nantum latere iunctis merito
V. 2 d. 16. tb. 5. l. c. Conf.
in arb. conf. & affin. c. 6. n. 13.
7. Berl. P. 3. concl. 24. n. 92. 93.
.2. f.

P. II.

computationis duum.

in genere considerata est,
nonendum quoque venit, in
admodum maximam utilitate in
lime, ut opinor, siet, si pri-
as perlustrem, deinde reli-
recensem. *PRIMVM* igitur
matrimonia, quae quoisque
lum. Et quidem 1) de pro-
2) de prohibitione iuris hu-
E DIVINO ob turpitudi-
nctionibus ineft, *PROHIBI-*
MONIVM IN CON-
LINEA RECTA INTER
DESCENDENTES IN
8. v. 7. 8. Nam vocabulum
omnibus ascendentibus, no-
tione exigente, intelligen-
tis. et aff. c. 8 m. 1. n. 3. v. ta.
n. part. 2. c. 6. §. 6. n. 12. it.
IN LINEA OBLIQUA
ET SORORES Lev. c. 18. 9.

Ger-